Limites inter regnum Poloniae et ducatum Slesiae Glogoviensem et villas Kosmin in regno et Dambrowka et Opalewo in ducatu Glogoviensi et territorio Swyebodzinensi incipiunt a scopulo angulari, qui jacet penes viam, quae vadit per campum inter villas Dąmbrowka et Kozmin, quae via tendit in silvam, quae dicitur parva silva, usque ad scopulum parietalem, qui situs est in fine campi villae Kozmin sub borra dominorum de Stencz, usque ad scopulum, qui situs est in fine agrorum incolarum villae Kozmin. Inde vero ad alia certa signa recto tramite usque ad prata dicta Roerwyssen,[1]) quae prata pertinebunt ad regnum Poloniae et villam coenobii Paradisiensis praefatam, dictam Kozmin, a quibus pratis penes praedictam silvam usque ad scopulum angularem, qui jacet penes fluvium dictum Faulober, qui limes est regni Poloniae et ducatus Glogoviensis et villarum Kosziczino et Kozmin ex regno et Dąbrowka ex ducatu et territorio Swyebodzinensi.

---

[1]) W niem. tekście: Stahr-wiesen.

Transitus limitalis alias Zajazd ex ducatu inter regnum Poloniae et ducatum Glogoviensem et territorium Swyebodzinense villasque Dąmbrowka et Rogoziniec in regno et Sczaniec in ducatu incipit a via, quae ducit per Boleminy[1]) ad finem fluvii, qui decurrit de molendino Sczanyeczky et qui defluit in Boleminy et a Boleminy ad scopulum, qui jacet inter prata, alias Na mokrzyznie, ab eodem scopulo ad alium scopulum, qui jacet penes viam, quae vadit de Broycze ad vadum Boleminy, et ab hoc scopulo ad alium scopulum, qui jacet penes borram et silvam in dumetis, alias W chroscie, ad angulum usque, qui est in pratis, ubi conveniunt granicies villarum regni Chociszewo, Broyca in regno et Myscheczino ac Sczaniec ex ducatu. Alius transitus limitalis per regnicolas ostensus incipit a fluvio, qui vadit de molendino villae Sczaniec per gurgites seu paludes usque ad locum montosum dictum Gora, jam signis notatum, ubi terminantur limites Chociszewo, Broycze, Sczaniec et Misseczino in ducatu.

Limites inter regnum Poloniae et villas ex regno Rogoziniec et ducatum Slesiae et territorium Swyebodzinense, villam Sczaniec, a fluvio seu Szamycza defluente de molendino Sczanyecz dividere debet per medium transitus sive zajazdy per utrasque partes nostro permissu factus usque ad limites villae Myscheczino in territorio Swyebodzinensi.

Limites vero inter regnum et ducatum et oppidum Broyce in regno et in ducatu ac territorio Swyebodzinensi villam Myscheczino: silva dicta Broyce per medium dividi debet et scopuli in ea erigi debent, aut ubi scopuli propter lutositatem erigi non possent, tunc signa fieri in arboribus debent incipiendo a granicie Sczenyeczka et Grodzyczka usque ad fagum alias do Kądzyerzawego buku, qui limitat villas Lutole, Starydwor et Broyce oppidum in regno et Myscheczino ex ducatu, qui limites dislimitari debent feria quarta ante festum Sancti Bartholomaei, si siccitas fuerit, sin minus, ex tunc cum glacies congelabuntur, quando una pars alteram sive commissarius una integra septimana avisabit. Interim autem priusquam limites modo superius descripto determinabuntur, utraque pars ab usu silvarum et borrarum continere debet, pratis autem homines de Chociszewo et Rogoziniec uti debent, et si quid de eisdem pratis Sczenyeckim cesserit, juxta id homines praefati de praefatis villis satisfacere pro parte eorum debebunt.

---

[1]) W niem. tekście: Boleniny.

Limites autem, redeundo ad vadum Lankanowsky bród et in Germanico Lanknischo fort, inter regnum Poloniae et ducatum Slesiae incipiunt a vado praedicto per viam, quae vadit a territorio Gorensi ad Swieciechow, in Germanico Schweczke, usque ad viam dictam Polska droga, quae via limitabit regnum et ducatum ac villas Szydlnicza et Olbrachczicze in regno et Brone ac Lagniewo in ducatu usque ad scopulum, qui est noviter factus, qui limitat villas Olbrachczycze et Dlugie in regno et Brone ac Łagnowo in ducatu. Ab hoc scopulo per alios tres scopulos ad torrentem Sylach, cujus torrentis medietas dividit et limitat regnum et ducatum usque ad scopulum angularem, qui jacet penes viam dictam Schaybewag, qui limitat regnum et villlas Przybyszewo et Długie et ex ducatu Seifersdorff.

Super limites autem villarum Przybyszewo in regno et Seifersdorff in ducatu sunt literae testimoniales, quas commissarii inferius deputati revidebunt et acceptis sufficientibus documentis juxta ordinationem Wschovensis recessus debite limitibus et scopulis terminabunt. Ad limites vero inter Leszno, Lassowicze et Rydzyna ex regno et Stropen sive Seifersdorff et Crossen et Hayerdorf ex ducatu deputati commissarii, dni. Petrus Ossowsky, burgrabius terrestris Costensis et Nicolaus Krzycki ex regno Poloniae et ex ducatu Glogoviensi Osvaldus Czamer, capitaneus Gorensis et Georgius Cotwicz, qui juxta ordinationem et literas recessus Wschovensis limites ibi terminabunt, quando vel locorum siccitate circa festum Bartholomaei, vel glacie intrare in silvas poterint, et partes, quae pro limitibus differentiam habent, avisere debent praefatos commissarios debentque illis significare, quod in silvas patet ingressus.

Ne autem res tam salubris facta diurnitate temporum aboleri et antiquari possit, decernimus, ut, si qui partium scopulos sive signa limitalia casu quocunque in bonis suis resolvi et annihilari viderit, poterit et debebit vicinum suum, cum quo sibi limites concurrunt, de scopulorum sive signorum limitalium innovatione avisare et certum diem innovationis constituere et dominis capitaneis suis exponere, diem cum vicino suo innovationis limitum denuntiando, et dni. capitanei suum commissarium, si illis videbitur, ad attendendum justas limitationum innovationes mittent. Ceterum quoniam dnus. Abbas coenobii Paradisiensis suo et fratrum suorum nomine questi nobis sunt, quomodo nobiles tam ex regno Poloniae quam ex ducatu Glogoviensi ad eorum conventum cum comitivis venire solent data opera, ut coenobium ipsum damnis et expensis afficerent et depauperarent, multa

ibidem damna facientes, quorum temeritati et malitiae occurrentes decrevimus et constituimus, quemlibet talem, sive ex regno sive ex ducatu fuerit, poena viginti marcarum afficiendum et puniendum fore, quae poena modo et ordine in infrascipto articulo contenta ab eis exigi debet punirique ea debent, ut alii a tam indignis factis se contineant conservarique debet ipse Abbas cum suo conventu juxta literas desuper ei a serenissimo olim Vladislao Poloniae etc. rege, datas et concessas.

Ne autem hominum temeritas res pro bono communi et mutua pace vicinitatisque necessitudine inter dominia praedicta factas et deinceps observandas immutare contendat, auctoritate serenissimorum principum nostrorum Ungariae et Bohemiae etc. ac Poloniae etc. regum decrevimus et constituimus, quod si quae partium limites praefatos modo suprascripto factos et constitutos ac faciendos infregerit contraveneneritque seu impugnaverit una pars alteri scopulorum aut signorum limitalium erectionem et sipationem nec admiserit juxta determinationem finium factam scopulos et signa metallica ponere, poena centum florenorum per triginta grossos Polonicales computatorum toties, quoties id commiserit, irremissibiliter succumbet, cujus medietas parti laesae et alia medietas judicio, in quo reus constitit, cedere debet, pro qua laesus dnum. capitaneum suum adire debet illatamque injuriam, refractionem et violationem exponendo. Capitaneus autem loci illius, in cujus ditione res consistit, pro termino peremptorio per capitaneum actoris avisatus reum citare debebit et capitaneus laesi diem assignare, pro quo ad convincendum reum actor mettertius, hoc est nobilibus viris convincere debet et irremissibiliter poenam, qui violavit limites ipsos, intra unius mensis a lata sententia decursum persolvere debet. Si autem kmetho injuriam intulerit, domino, cujus subditus est, injuria denuntiari debebit, qui sub poena decem marcarum Polonicalium modo suprascripto justititiam cum subdito suo ministrare debebit et pro illato damno condignam satisfactionem praestare et duabus septimanis turri includi debebit.

Quodsi damnum faciens detentus fuerit ad cautionem fidejussoriam, ad rei cognitionem dari debet. Quodsi vero capitaneus aliquis negligens aut remissus fuerit in praemissis exequendis, poenae ducentorum florenorum succumbet, limites tamen facti soluta poena nihilominus in suo valore permanebunt.

Debent autem capitanei locorum, tam Majoris Poloniae et Wschovensis quam ducatus Glogoviensis et terrae Gorensis, praesentem ordinationem suprascriptam in libros castrorum inscribi et introduci, ut

inde sub eorum sigillis unicuique partium, quorum bona limitata sunt et quibus interest, dari possint commode literae et munimenta ipsius ordinationis et limitum suprascriptorum. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigilla nostra sunt subappensa praesentibus. Acta sunt haec et conscripta in coenobio Paradisi feria sexta ante festa Pentecostes proxima. Anno dni. 1528.[1])

Wspomniane na str. 18 dokładniejsze rozgraniczenie między Brojcami, Rogozińcem i Dąbrową w Wielkopolsce a Myszecinem i Sczańcem w ziemi Świebodzińskiej, należącej do Ślązka, oblatowane jest w Insrciptiones Posnanienses de a. 1540 na fol. 180 v., skąd je tutaj przywodzimy.

Sequuntur limites et granicies inter regnum Poloniae villasque et hereditates in eo consistentes Dambrowa et Rogozeniec et ducatum Glogoviensem villamquae Sczaniecz in eo sitam, qui limites sunt facti et ad debitam exaequationem deducti per generosos dominum Christophorum Swanicz de Sayfersdorf, capitaneum Glogoviensem, principalem commissarium ex parte ducatus Glogoviensis, et Petrum Ossowski, burgrabium terrestrem Costensem, subdelegatum ex parte regia feria secunda post festum divi Bartholomaei apostoli anno domini millesimo quingentesimo trigesimo.[2]) Quae quidem loca verno tempore ob silvas inundatas aquae copia limitari non potuerant tunc, quando alia loca aquis et inundationibus vacua per dominos commissarios utriusque ditionis limitata existunt. Quorum limitum tenor in in hunc sequitur modum.

Scopulus angularis noviter in fine fluvii, qui de villa et molendino Sczaniecz fluit, factus dislimitat villas et hereditates Dambrowa et Rogozeniecz in regno et Sczaniecz in ducatu protenduntur que granicies de primo in proximum semper scopulum, quorum proximus ab angulari erectus est in prato coloni de villa Rogozeniecz dicti Wasz, secundus in prato Baltasari Guz, tertius in prato Michaëlis Grisch, quartus in prato coloni dicti Schadrich, quintus in prato coloni dicti Stari Grisch, sextus in prato Woithowa, septimus in prato coloni Joannis Andreae, octavus in prato coloni, qui cognominatur Ćosziczski

---

[1]) D. 29 maja 1528.

[2]) Czy to rozgraniczenie i okopcowanie nastąpiło istotnie dopiero w roku 1530, czy też w Inscriptiones błędnie podany rok 1530 zamiast 1528, trudno rozstrzygnąć. Ponieważ oblata nastąpiła dopiero w 10 lat po spisaniu recesu, jest omyłka w Inskrypcyach możliwa.

Jendrzei, nonus, qui est in prato penes Joannem, decimus, qui est in prato coloni Petri Grisch, undecimus, qui est in prato coloni dicti Cruthki — usque ad scopulos, qui sunt in pratis hereditatis Rogosnensis erecti, ad scopulum angularem in pratis dictis Cawlie. Ab hoc ver oangulari scopulo recto tramite per silvam, Jankow kunth dictam, ad magnum lapidem, qui jacet in loco dicto Jankow kunth, penes prata hortulanorum villae Rogozeniecz et sub hoc scopulo ad quercum, qui stat sub borra et idem quercus est scopulus angularis inter villas Rogozeniecz et Choczischewo in regno et Sczaniecz in ducatu.

Limites vero villae Choczischewo in regno et Sczaniecz in ducatu incipiunt a quercu praenominato et tendunt ad scopulum, qui est inter borram et pratum plebani de Chocziszewo penes viam, quae ducit in pratum plebani ad alium scopulum penes viam factum, ad alium, qui est in alveo juxta praefatum pratum plebani, per alios deinceps scopulos eundo, quorum primus in angulo prati jam dicti, secundus in prato coloni de Choczischewo dicti Camel, tertius in prato coloni dicti Mocz Coczer, quartus in prato coloni dicti Merten Cromer, quintus in prato coloni dicti Michel Meller, sextus in prato coloni dicti Greger Goruncz, septimus in prato coloni dicti Michel Franc, octavus, qui est in prato coloni Michel Freyer, nonus in fine ejusdem prati, decimus in prato coloni dicti Mocz Hiczweler, undecimus in prato coloni dicti Stephan Coczer, duodecimus in prato coloni dicti Hannus Kimek, tredecimus in prato coloni dicti Jorge Coczer, quartus decimus in prato coloni dicti Jorge Scheimon, quintus decimus in prato coloni dicti Jorge Hmieth[1]), sextus decimus in prato coloni dicti Honfunczorleder, septimus decimus in prato coloni dicti Lorencz Schicze, octavus decimus in prato coloni dicti Peter Henczkie, nonus decimus in prato coloni dicti Andris Cromer, vigesimus in prato coloni dicti Michel Withcze, qui scopulus est in fine ejusdem prati sub silva factus. Et ab hoc scopulo recto pariete in silvam ad quatuor scopulos angulares, qui sunt erecti in opposito tumuli seu vallis, qui scopuli dislimitant regnum et ducatum, nec von villas et hereditates Sczaniecz et Mischenczino in ducatu, oppidum vero Broicze et villam Choczischewo in regno. Porro ab his scopulis angularibus ad parietalem scopulum, qui jacet vedlie grądu dicto Echwerder, ab hoc scopulo per alios intermedios usque ad scopulum, qui est in medio silvae factus ex opposito agri Schneyderwinkel et ultra eundo per medium praefatae silvae scopulis parie-

---

[1]) W oryginale nazwisko napisane niewyraźnie, może oznaczać Hmieth albo Himeth (cfr. wyżej: Kimek).

talibus usque ad duos scopulos, qui sunt erecti penes fossatum dictum Lantgrobe et viam, quae vadit de oppido Broicze in Swiebodzin. Ab his vero scopulis ad scopulum, qui jacet in medio praedictae silvae, in quo stat arbor platanus dicta y e s z i o n, ad alium scopulum, qui est factus in medio silvae praefatae alias n a m i e c z i s s k u, usque ad scopulum alium angularem, qui est in medio silvae praefatae factus ex opposito prati cmethonis de Mischenczino dicti Foltisgloder, qui dislimitat regnum et ducatum et villas Mischenczino in ducatu et oppidum Broicze et villam Laguviecz[1]) in regno, et ab hoc scopulo eundo ad scopulum ad dextram partem, qui est in silva ex opposito Laguvicziensis borrae factus, et ab isto scopulo eundo pariete rectiorique quo poterit tramite ad scopulum angularem, qui nuncupatur in germanico Crausinebuche alias C a n d z i e rz a w i B u k, qui dislimitat regnum et ducatum ac Laguviecz et Staridwor in regno et Mischenczino in ducatu, penes quos limites talis contractus exstat factus, quod subditi in regno villarum Rogozeniecz et Choczischewo debent habere libera pascua cum pecoribus et pecudibus in silvis dominorum de Sczaniecz omni anno a festo Scti. Michaëlis usque ad festum Scti. Adalberti temporibus perpetuis absque quavis contradictione et prohibitione, dominusque et tenutarius Broicze oppidi debet habere temporibus perpetuis liberam evectionem lignorum per emptores per silvas dominorum de Mischenczino et depositionem lignorum in pratis et agris eorum, attamen absque damno ipsorum.

Et si contigerit, quod aliquis sive de regno sive de ducatu scopulum aliquem aut signum graniciale dissiparet destrueretve, talis centum marcas pecuniarum succumbere debet aut collo proprio solvere debet et si quispiam sive de regno sive de ducatu subtrahens ligna arreptus fuerit, in poena decem marcarum pecuniae puniri talis debet, et si decem marcas non habuerit, extunc collum subtrahentis erit in gratia domini hujus, cui ligna subtraxerit.

W następnym wreszcie roku 1531 rozgraniczyli komisarze polscy i śląscy dalszy pas graniczny od Sierakowa i Laskowa aż do Dupina i Sławocina. Czynność tę oblatowano w grodzie poznańskim w r. 1543; — znajduje się w księdze Inscriptiones Posnanienses z r. 1543 na karcie 406 i następnych, skąd ją tutaj przywodzimy.

---

[1]) Z oryginału nie widoczna, czy należy czytać Laguniecz czy Laguviecz (Laguuiecz); przechylamy się na stronę Laguviec ze względu na dzisiejsze brzmienie tej osady: Łagowice.

Actum Posnaniae feria tertia proxima ante festum divi Michaëlis archangeli anno quo supra (1543).

Limites inter Poloniam et Slesiam.

Christophorus Swenycz de Seifersdorff, locum tenens Glogoviensis, Oswaldus Czamer, capitaneus Gorensis, et Georgius Cothwicz de Chobyen, — Lucas de Gorca, castellanus Posnaniensis et capitaneus Majoris Poloniae generalis, Joannes Lyatalszky, castellanus Gnesnensis et capitaneus Junivladislaviensis, Stanislaus Myskowski de Mirow, castellanus et capitaneus Miedzirecensis et dapifer Cracoviensis, Hyeronimus Rozdrazewsky, castellanus Rogosnensis, serenissimorum principum domini domini Ferdinandi, dei gratia Romanorum, Hungariae et Bohemiae etc. regis, infantis Hispanorum, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, comitis Tiroliae, et domini domini Sigismundi, dei gratia Poloniae regis, magni ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae et Masoviae domini et heredis, dominorum et regum nostrorum clementissimorum oratores et commissarii, significamus universis, quia continuantes negotium limitum inter subditos et incolas regni Poloniae et ducatus Slesiae talem fecimus ordinationem et decretum.

Limites inter ducatum Silesiae et regnum Poloniae et villas Syrakowo in regno et villam desertam Laskowo in ducatu facti sunt tali conditione, quod medietas inter transitus, quos de regno Poloniae ac Slesiae fecerunt, per medium dividi debent, hoc est a loco dicto Kzigh penes viam, quae vadit a Syrakow ad Hernstadt alias Vąssossche, quem subditi domini Henrici Curthbach monstraverunt, ad incisiones, quas subditi magnifici domini Lucae de Gorca, castellani Posnaniensis et capitanei Majoris Poloniae generalis, indicarunt similiter penes eandem viam. Et ubi medietas erit inter praefatos transitus, alias zajaszdi, ibi erit scopulus parietalis inter bona magnifici domini Lucae de Gorca et ceterorum, villam Syrakow in regno et villam desertam dictam Laszkowo in ducatu, et dum praefata granicies per medium divisa pervenerit ad prata dicta Dembno, ibi finiet granicies Syrakowo in regno ac Laskowo in ducatu. Et incipietur granicies inter villas Korzenysko in ducatu et villam Symanowo in regno, ubi etiam transitus tam subditorum de regno Poloniae quam subditorum de ducatu per medium dividi debent ita: ubi medietas ostenderit, ibi scopulus angularis esse debet, ita tamen quod silva Dembno dicta et prata subjacentia in ducatu permanebunt, ea tamen conditione: ubi decursu quinque annorum in Polonia reperientur literae originales aut aliquae inscriptiones juridicae et fide dignae, tam in libris spiritualium quam

saecularium, quod videlicet ea silva et prata ex antiquo ad regnum Poloniae pertinuissent, tunc hoc ipsum ad cognitionem dominorum commissariorum ambarum partium deferri debet. Quippe si ipsi domini commissarii hujusmodi literas ratas ac inviolabiles dixerint cognoverintque, tunc demum praenominata silva et prata in regno Poloniae manere debent, et a praefato scopulo erit limes perpetuus per medium gurgitem dictum M o c r a s t r u g a, ita quod medietas praedicti gurgitis debet manere in Polonia et altera medietas in ducatu sub dominio domini Henrici Curthbach, usque ad scopulum angularem, qui locari debebit in fine indaginis Dembno, sub fluvio non remoto dicto Orlya, qui scopulus erit limes perpetuus inter regnum Poloniae et ducatum Slesiae, et villas Schymanowo, Sthwolno in regno et Corzynsko in ducatu. Et a praefato scopulo fluvius dictus Orlya erit limes inter regnum et ducatum usque ad viam, quae vadit de Dembno per fluvium Orlya ad magnam borram, penes quam viam debet esse scopulus parietalis inter regnum et ducatum. Et a praefato scopulo eundo ad sinistram partem versus silvam dictam Czarny lyass, quae silva ex toto et integro permanebit in regno, usque ad silvam, quae dicitur Brzekowa, et a praefata silva eundo scopulis parietalibus sub dicta silva Czarny lyass per silvam dictam Lanczkthy usque ad scopulum, qui est factus in borra in fine silvae dictae Czarny lyass et a praefato scopulo eo rectius, quam poterit, scopulis notabilibus usque ad scopulum angularem, qui est factus penes viam, quae via vadit de Polonia per silvam Vustii ad oppidum Straburgk, qui dislimitat regnum et ducatum Slesiae et villas Sthwolno, Golyeiewo, Golieiewco et Pącoslaw in regno et Zmigroth in ducatu dominioque Straburiensi, ita tamen, quod nemora subjacentia dictae silvae Czarny lyass nomine Olęktha cum pratis attinentibus et silva dicta Brzękowo ex toto in ducatu permanere debent.

Insuper concluserunt et admiserunt domini commissarii utriusque partis, quod si unquam contigerit equos unius partis in alterius dominia et pascua hinc inde divagari, quod hoc ipsum neutri partium in damnum cedere debet, ita tamen, ne una pars sponte et voluntarie alteri hoc modo damnum inferat.

Ab hoc scopulo angulari recto tramite ad scopulum antiquum, qui antea inter bona generosorum dominorum Curthbach factus fuerat penes paludem dictam B y a l l i k a l, ab isto scopulo ad dextram partem penes paludem, ita quod ipsa palus dicta B i a l l i c a l l in regno integre permanebit, ad scopulum angularem ex antiquo factum, qui scopulus graniciat regnum Poloniae et ducatum Slesiae et villas Pącoslav et Ossiethek in regno et Petercossyth in ducatu. Et ab isto scopulo ad

alium augulum, qui est in palude dicta Trczynne Blotho seu Trczinny call, qui scopulus dislimitat regnum et ducatum et villas Skaradow et Ossiethek in regno et Peterkossith in ducatu et ab ista palude ad montem, ubi stetit Cossmydrowa Buda, et ab isto loco recto tramite per silvam dictam Cozy lyass ad locum dictum Wcharne Lowissko, ab isto loco eo rectius quam poterit ad locum dictum Uwdabie,[1]) ubi agri tam de Polonia quam Slesia concurrunt et mutuo se tangunt.

Ab isto loco transitus subditorum domini Joannis Curthbach pro vera granicie haberi debet usque ad gurgitem dictum Czieslynki. Qui gurges sua medietate dividere debet regnum Poloniae et ducatum Silesiae, usque ad silvam dictam Trzembini, cujus silvae medietas erit etiam limes perpetuus inter praefata dominia, usque ad paludem dictam Kony call, ubi est angulus inter regnum et ducatum et villas Skaradowo in regno, Petercossiczc et Gogolyewicze in ducatu, quae paludes sua medietate divident regnum Poloniae et ducatum Slesiae et villas tam in regno quam in ducatu usque ad locum, ubi praefati paludes vocantur Szbykowy kall, Troschynsky call. Qui locus est ratione anguli inter regnum et ducatum et villas videlicet Skaradowo, Dupyno oppidum in regno et Gogolyevicze, Grizibelino et Slawotzyno in ducatu. Et ab ipso loco per medium paludis usque ad vadum Żydowsky broth, quod vadum est ratione scopuli angularis inter regnum et ducatum Slesiae et oppidum Dupino in regno et oppidum etiam in rego videlicet Jutrossyno et villam Slawothyno in ducatu.

Praefati limites facti sunt ex consensu ambarum partium, tam ex regno quam ducatu, accedente ad hoc confirmatione nostra cum eo additamento, quod generosus dominus Joannes Curthbach, similiter et Martinus Ponyeczky in regno heres et posteri eorum habebunt liberam venationem in silva dicta Cozy las propriis suis retibus omnibus, tamen ex utraque parte ab hoc seclusis suis rusticis, quibus venatio dicta pro usu eorum inhibita esse debet. Praetera subditi dicti domini Joannis Curthbach habebunt libera pascua in silvis eisdem, etiam subditi tam de regno Poloniae quam de Slesia habebunt liberam piscationem piscium in paludibus, videlicet Bialli kall et in aliis paludibus, quae sua medietate regnum et ducatum dividunt, ac libera pascua temporibus perpetuis.

Datum feria quinta die, die sancti Mathaei apostoli et evangelistae, in graniciebus, in loco videlicet Przessmyrow in via, quae ex regno

---

[1]) W oryginale niewyraźnie: Uwdabie, Uwdąbie czy Vrodabie.

Poloniae in oppidum Milith ducit, anno domini millesimo quingentesimo trigesimo primo.[1]) Harum testimonio literarum, quibus sigilla nostra sunt subimpressa.

Granice powyżej opisane przetrwały cały czas istnienia Rzeczypospolitej polskiej i są dotychczas — z drobnemi chyba zmianami — granicami między W. Ks. Poznańskiem a Ślązkiem. W XVIII jednakże wieku była granica, określona ostatnim recesem, już częściowo zatarta i zaszła potrzeba jej odnowienia. W dziele Dogiela „Limites regni Poloniae et Magni ducatus Lithuaniae“ (Wilno, 1758), w którem nie masz powyższych recesów, znajduje się na str. 25—53 czynność graniczna zatytułowana: Limites inter Poloniam et Silesiam — z roku 1726 — a w niej okopcowany na nowo pas graniczny polsko-ślązki od wsi Czech do Żmigrodu po ślązkiej — a od Łaszczyny do Lonkty po wielkopolskiej stronie.

Czynność regulacyjna obejmowała po ślązkiej stronie: Czechy, Trzebosz, Saul, Sandeborskie, Backen, Woydnik, Wilkoline, Świniary, Hajduki, Laskowo, Korzensko, Niem. Dębno, Gaudke i Żmigród, po stronie zaś polskiej Łaszczynę, Sierakowo czyli Rawicz, Massel, Rakówkę, Szymanowo, Polskie Dębno, Stwolno, Golejewo, Golejewko, Pakosław i Lonktę.

Od Czech do Hajduk czyli do granicy obwodu Wąsoskiego, nie zachodziły żadne wątpliwości a czynność regulacyjna ograniczyła się tylko na odnowieniu kopców. W dalszym atoli ciągu zachodziły pewne różnice i spory, gdyż zdaniem komisarzy reces z d. 21 września 1531 nie dawał dostatecznej informacyi: „siquidem de situatione locorum juxta instrumentum seu recessuale, anno millesimo quingentesimo trigesimo primo feria quinta die S. Mathaei apostoli et evangelistae confectum, sufficienter informari non potuimus.“ Wątpliwości rozstrzygnięte zostały przysięgą hr. Hatzfelda, właściciela obwodu Stramburskiego, i dostawionych przez niego 6 świadków, przeciwko czemu w r. 1728 zaszedł protest ze strony polskiej. Cała ta sprawa nie należy już jednakże do zakresu naszego wydawnictwa a ciekawych jej przebiegu odsyłamy po szczegóły do wspomnianego dzieła Dogiela.

[1]) Dnia 21 września 1531.

Spis osób.

(Liczby oznaczają strony.)



Spis miejscowości.

(Nawiasy zawierają niemieckie brzmienie nazw. — P. = Polska, Wielkopolska, Ś. = Śląsk, Ks. Głogowskie. — Liczby oznaczają strony.)







Drukarnia Dziennika Poznańskiego.



Nakładem Biblioteki Kórnickiej

wyszły:

Acta Tomiciana, tomów 9. Poznań, 1852—1876. — Tom po 12 m.

— — tom X. Poznań, 1898 (wydał Dr. Z. Celichowski). — 15 m.

Kodeks dyplomatyczny Wielkopolski. 4 tomy. — Poznań, 1877—1881. — 40 m.

Lites ac res gestae inter Polonos ordinemque Cruciferorum. 2 wydanie. 2 tomy. Poznań, 1890—1892. — Tom po 12 m.

Statut Wiślicki w polskim przekładzie z r. 1460. — Poznań, 1876. 10 marek.

Prawa polskie przełożone na język polski przez Świętosława z Wocieszyna r. 1449. — Poznań, 1877. — 15 marek.

Prawa Ks. Mazowieckich przełożone na język polski przez Macieja z Rożana r. 1450. — Poznań, 1877. — 10 marek.

Clenodia seu insignia regis et regni Poloniae. Z kodeksu Kórnickiego wydał Dr. Z. Celichowski. Poznań, 1885. — 2 marki.

Reja M., Kupiec. Z egzemplarza Biblioteki Kórnickiej wydał Dr. Z. Celichowski. Poznań, 1898. — 1 m. 50 fen.

Trzy nieznane dyalogi z w. XVI, wydał Dr. Z. Celichowski. Poznań, 1899. — 1 m.



